fagittas acuis, eo te minus illi cladis autorem esse putas, cum solam ac destitutam eius domum jacere permittis? Verum age, Parcas, inquit, evocemus, si quid illi potest opis afferri. At illæ Jovi statim obsequuntur. Sol vero quasi cogitabundus, & altius quiddam animo versans, defixis in Jovem oculis hærebat. Tum Parcarum natu maxima: Prohibent nos, inquit, ô pater, fas & justitia. Tuum est igitur, quoniam nos illis obtemperare jussisti, etiam ipsas ad tuam voluntatem adducere. Ad hæc Juppiter: meæ sunt, inquit, istæ filia, & quidem a nobis interrogandæ sunt. Quid igitur, ô venerandæ, dicitis? Atqui tuo id quidem, responderunt, ô pater, in arbitrio situm est. Vide sis tamen ne pessimum illud impietatis studium inter mortales penitus invalescat. Ego vero, ait Juppiter, utrique providebo. Tum Parcæ prope adstantes de patris sententia cuncta neverunt. Post hæc Juppiter ita Solem affatus est: Vides hunc puerulum: (erat enim cognatus illis, obscurus & contemptus, divitis illius ac præpotentis fratre genitus, & hæredum ipsius patruelis) tua illa soboles est: jura itaque mihi per meum tuumque sceptrum, præcipuam te curam illius habiturum, ac gubernaturum esse, & a morbo curaturum. Animadvertis enim ut ille tanquam fumo, ac sordibus, & fuligine sit obsitus: utque periculum sit ne insitus illi a te ignis extinguatur: *Nisi tu robur induas.* Ego igitur hoc permitto, mecumque Parcæ. Accipe hunc, & educa. His auditis, rex Sol magnopere gavissus est; & infantulo delectatus, in quo reliquam adhuc perexiguam sui scintillam videbat. Deinceps ergo puerum educare cœpit, extrahens

— ex sanguine, & ex tumultu,

οἷσ' ἔσθ' ἤγειρε, ἔλαττον εἶναι ταύτης αἰτιον αὐτῆς τῆ συμφορᾶς, ἔρημον αὐτῆς τὴν οἰκίαν ἀφείκε; ἀλλ', ἔφη, καλοῖμεν τὰς Μοῖρας εἰ πη βοηθήεσθαι. ὁ ἀνὴρ ἔσει. αἱ δ' ὑπήκουσαν αὐτίκα τῷ Διὶ. καὶ ὁ μὲν Ἥλιος, ὡς περ ἐννοῶν τι, καὶ λογιζόμενος αὐτὸς ἐν ἑαυτῷ, προσεΐχεν, εἰς τὴν Δία πήξας τὰ ὄμματα. τὴν Μοῖρῶν δ' ἡ πρεσβυλάτη, κωλύειον, ἔφη, ὦ κλυδὰς Ἡροδ. 1. 218. πάτερ, ἡ ὀσιότης ξυῖ τῆ δίκη σὸν ἐν ἔργον ἐσί, ἐπέπερ ἡμᾶς ἐκέλευσας ὑπεικάθειν αὐταῖς, πείσαι καὶ ἐκείνας. ἀλλ' ἐμαὶ γὰρ εἰσιν, ἔφη, θυγατέρες. καὶ ἄξιον δὴ ἔρεσθαι αὐτάς. τί τοῖνυν, ὦ πόλνία, Φαίον; ἀλλὰ τέττα μὲν, εἰπέτην, ὦ πάτερ, αὐτὸς εἰ κύριος. σκόπει δ' ὅπως ἐν ἀνθρώποις ὁ πονηρὸς ἔργον τῆ ἀνοσιεργίας ζῆλος μὴ παντάπασιν ἐπιερᾶθῆσθαι πρὸς ἀμφοτέρας, εἶπεν, ἐγὼ σκείσομαι. καὶ αἱ Μοῖραι πλησίον παρεῖσαν, πάντα ἐπέκλωθον, ὡς ὁ πατὴρ ἐδέξατο. Λέγειν δὲ ὁ Ζεὺς ἀρχεῖται πρὸς τὸν Ἥλιον. τὸ παλαιόν, ἔφη. ξυγγενὲς δὲ ἦν αὐτῶν ἄρα παρερριμμένον παρὰ καὶ ἀμελόμενον, ἀδελφιδὸς ἐκείνης τῆς πλυσίς, καὶ ἀνεψιὸς τῆς κληρονόμων. τέττο, ἔφη, σὸν ἐσιν ἔκγονον. ὁμοσον ἐν τὸ ἐμόν τε καὶ σὸν σκῆπτρον, ἢ μὴν ἐπιμελήσεσθαι διαφερόντως αὐτῆς, καὶ ποιμανεῖν αὐτὸ, καὶ θεραπεύσειν τῆς νόσος. ὄρας γὰρ ὅπως, οἷον ὑπὸ καπνῶ, ῥύπα τε ἀναπέπλησται, καὶ λιγνύεται. κίνδυνός τε τὸ ὑπὸ σὲ παρὲν ἐν αὐτῷ πῦρ ἀποσβῆναι,

ἢν μὴ σύ γε δύσειαι ἀλκήν.
 ἔτι δὲ ἐγὼ τε ξυγχωρῶ, καὶ αἱ Μοῖραι κόμιζε ἐν αὐτῷ καὶ τρέφε. ταῦτα ἀκῆσας ὁ βασιλεὺς Ἥλιος ἠΰφρανθη τεήσθεις τῷ βρέφει, σωζόμενον ἔτι καθ' ὁρῶν ἐν αὐτῷ σπινθηροῖσι μικρὸν ἐξ ἑαυτῆς. καὶ τὸ ἐντεῦθεν ἔτρεφεν ἐκείνο τὸ παιδίον, ἐξαγαγὼν
 — ἐκ τῶν αἱμάτων, ἐκ τε κνυδοῦ μου,

Julianus ipse

Homer. Iliad. l. v. 231

Iliad. A. Versus iste v. 164. Romensis. καὶ τῶν τῶν ἰστανῶν. Ἐκ τῶν παλιγγεντῶν ἰστανῶν. ne dilaceratus est. 11164

Ff iij

Ἐκ τῶν ἀνδροκτασίης ἐκ τῶν αἱμάτων ἐκ τε κνυδοῦ μου

Ἐκ τ' ἀνδροκλασίας.

ὁ πατήρ δὲ ὁ Ζεὺς ἐκέλευσε καὶ τὴν Ἀθηναίην τὴν ἀμήτορα, τὴν παρθένον, ἅμα τῷ Ἡλίῳ τὸ παιδάριον ἐκτρέφειν, ἐπεὶ δὲ ἐτρέφθη, καὶ νεανίας ἐγένετο, Πρῶτον ὑπηγήτης, ἔπειτα χαλκιστάτης ἢ ἡβῆ.

Iliad. n. v. 348.

κατανοήσας τ' κακῶν τὸ πλῆθος, ὁ πόσον τι περὶ τῆς ξυγγενεῖς αὐτῆ καὶ τῆς ἀνεψιῶν ἐγεγόνη, ἐδέησε μὲν αὐτὸν εἰς τ' τάρταρον προέσθαι πρὸς τὸ μέγεθος τ' κακῶν ἐκπλαγεῖς. Ἐπεὶ δ' Ἡλίου εὐμενῆς ὦν μὲν τ' προνοίας Ἀθηναῖς ὑπνοῦναι, καὶ κάρων ἐμβαλῶν, τῆς ἐπινοίας ταύτης ἀπήγαγεν, αὐτῆς ἀνεγερεῖς ἀπεισιν εἰς ἐρημίαν. εἶτα ἐκεῖ λίθον τινα εὐρών, μικρὸν ἀνεπαύσατο, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐσκόπει, τίνα τρόπον ἐκφεύξει τῶν τοσούτων κακῶν τὸ μέγεθος. ἦδη γὰρ αὐτῷ πάντα ἐφαίνετο μοχθηρὰ. καλὸν δὲ εἶδεν εἶδα μὲν τεύχος. Ἐρμῆς ἔν αὐτῷ, καὶ γὰρ εἶχεν οἰκείως πρὸς αὐτὸν ὡς περὶ ἡλικιωτῆς νεανίσκου Φανείας, ἠσάσαλό τε Φιλοφρόνως καὶ δεῦρο, εἶπεν, ἡγεμῶν σοι ἐγὼ ἔσομαι λείας καὶ ὀμαλεσέρας ὁδῶν, τῆς τὸ μικρὸν ὑπερβάνη τὸ σκολιὸν καὶ ἀπότομον χωρίον. ἔπειτα πάντας ὁδούς προσπλάοντας καὶ ἀπιόντας ἐντεῦθεν ὀπίσω. καὶ ὁ νεανίσκος ἀπιὼν ὡχέτο μετὰ πολλῆς εὐλαδίας, ἔχων παρ' αὐτῷ ξίφος τε, καὶ ἀσπίδα, καὶ μάχαρην γυμνά δ' αὐτῷ τεύχος ἦν τὰ περὶ τὴν κεφαλὴν. πεπορθῶς ἔν αὐτῷ προσήγεν εἰς τὸ πρόσω διὰ λείας ὁδῶν καὶ ἀθρόπλων, καθαρῶς τε πάνυ, καὶ καρποῖς βριθύσης, ἀνθεσὶ τε πολλοῖς καὶ ἀγαθοῖς, ὅσα ἐστὶ θεοῖς φίλα. καὶ δένδροισι κίττον, καὶ δάφνης, καὶ μυρίνης. ἀγαθῶν δὲ αὐτὸν ἐπὶ τι μέγα καὶ ὑψηλὸν ὄρεος, ἐπὶ τῆς, εἶπεν, τ' κορυφῆς ὁ πατήρ πάντων κάθηται τῶν θεῶν. ὅρα ἔν ἐνταῦθα ἐστὶν ὁ μέγας κίνδυνος. ὅπως αὐτὸν ὡς εὐαγέστατα προσκυνήσεις. αἰτήσῃ δὲ παρ' αὐτῆ ὅ, τι ἂν ἐθέλης.

A Et ex hominum cade.

At Juppiter parens Minervam jussit matris expertem, & virginem, una cum Sole, pueri educationi præesse. Qui ut educatus adolevit,

primum barbascens, cujus gratisima pubertas:

cum innumera illa mala vidisset, quæ propinquis suis & patruelibus illata fuerant; nihil propius fuit, quam ut calamitatum magnitudine percussus, in inferos sese præcipitem daret. Sed cum Sol una cum Pronœa Minerva benevolus adstitisset, & soporem quendam immisisset, ab illa cogitatione deductus, experges factus iterum se in solitudinem abdedit. Ibi lapidem nactus, in eo paululum acquievit, ac quemadmodum tantorum vim malorum effugeret, cum animo suo deliberare cœpit. Jam enim infesta illi omnia, neque quicquam spei melioris ostendebatur. Sub hæc Mercurius, (hic enim bene erga illum erat affectus) unius ex æqualibus adolescentulis speciem gerens, apparuit, & blande salutans sic eum affatus est: Ades, inquit, ego te planiore & faciliore via deducam, ubi flexuosum & abruptum hunc callem paululum superaveris, ad quem offendentes omnes, & inde retro abeuntes aspicias. Tum juvenis abiens caute illinc digreditur, ensen tenens, & clypeum cum machæra, nudo capite. Huic sese ille committens ad ulteriora progressus est plana via nec trita, sed purissima, & fructibus ac floribus innumeris optimisque sparsa, cujusmodi Diis accepta sunt, nec non hedera, lauro, atque myrto. Postquam igitur ad ingentem & arduum montem juvenem perduxit: In illo, inquit, vertice Deorum pater residet. Vide sis ergo (magnum enim hic periculum est) ut illum quam sanctissime salutes. Petes autem ab ipso quicquid libuerit. Tu vero

vero optima quæque, ô puer, optabis. A His dictis iterum sese Mercurius occulta- vit. At ille multum ab eo sciscitari cupi- ens quid; a Deorum patre sibi postulan- dum; esset ut abesse Mercurium vidit, inops consilii, tandem sic apud se, & quidem re- cte, deliberavit: Quod, inquit, fortuna- tum sit, optima postulemus, etsi non- dum aperte Deorum patrem oculis ipsis in- tueamur. O parens Juppiter, sive quo alio nomine gaudes: id enim mea nihil in- terest: doce me quænam ad te sursum via perducatur. Nam quæ illic apud te sunt re- giones, multo præstantiores videntur, quan- tum ex ejus, unde huc progressi sumus, lo- ci amœnitate de tua pulchritudine conjice- re possum. Hæc cum precatus esset; mox ipsum sive sopor, sive alienatio mentis in- vasit. At Juppiter Solem ei per visum ob- tulit. Quo spectaculo adolescens attoni- tus: Ego vero, ô Deorum pater, inquit, cum ob cætera, tum ob hæc omnia, tibi me offeram ac dicabo. Postea manibus genua Solis amplectens, & inhærens, ut se servaret obsecrabat. At ille Minervam vo- cans, jubet primum discernere ipsum quid armorum attulerit. Et cum clypeum en- semque cum hasta vidisset: ubi est, inquit, ô puer! Gorgoneum tegmen, & cassis? At ego, respondit, vel hæc ipsa vix parare po- tui. Nam nemo mihi in domo propin- quorum spretò abjectoque præsto adfuit. Quid igitur, ait magnus Sol, quod illuc te omnino redire convenit? Hic orare puer, ne se rursus illo mitteret, sed apud se re- tineret; quod alioqui nunquam rediturus esset amplius, sed ibidem præ malorum atrocitate moriturus. Quod cum vehe- mentius flens etiam rogaret; Atqui puer es, ad eum inquit, nec dum sacris initia- tus. Vade ergo vestras ad sedes, ut initia- tus illic securior degas. Redeundum enim tibi est, & omnia illa repurganda scelera: tum me & Minervam precari te Deosque cæteros oportet. His auditis adolescentu-

ἔλοιο δὲ, ὦ παῖ, τὰ βέλιστα. ταῦτα εἰπὼν ἀπέκρυψεν ἑαυτὸν Ἑρμῆς πάλιν. ὁ δὲ ἐβόλετο μὲν παρὰ τῷ Ἑρμῆ πυνθέσθαι, τί ποτε αἰτήσασθαι χρεὴ παρὰ τῷ πατρὸς τῶν θεῶν. ὡς δὲ πλησίον ὄντα ἔκαλεῖδεν, ἐνδεὴς μὲν ἐφαίη καλὴ δὲ ὁμῶς ἡ συμβουλή. αἰτώμεθα ἔν ἀγαθῇ τύχῃ τὰ κράτιστα, καί περ ἔγω σαφῶς τὴν πατέρα τῶν θεῶν ὀρώμενος. ὦ Ζεῦ πάτερ, ἢ ὅ, τι σοι φίλον ὄνομα, καὶ ὅπως ὀνομάζεσθαι τῆτι γὰρ ἐμοιγε ἔδδεν διαφέρει· δείκνυέ μοι τὴν ἐπὶ σὲ φέρουσαν ὁδὸν ἄνω. κρείττονα γάρ μοι τὰ ἐκεῖ φαίνεται χωρὶα παρὰ σε, μαλινουμένω τὸ παρὰ σοὶ κάλλος ἀπὸ τῶν ἐν τῆτοις ὅθεν πεπορεύεμεθα τέως ἀγλαίας. εὐξαμένω ταῦτα εἶτε ὑπὸ τις, εἶτε ἐκασσις ἐπήλθεν. ὁ δὲ αὐτῷ δείκνυσι αὐτὸν τὸν Ἥλιον. Ἐκπλαγεὶς ἔν ὁ νεανίσκος ὑπὸ τῆς θεᾶς, ἀλλὰ σοὶ μὲν εἶπεν, ὦ θεῶν πάτερ, τῆτε ἄλλων, καὶ τῆτων ἕνεκα πάντων ἑμαυτὸν φέρων ἀναθήσω. περιβάλλων δὲ τοῖς γόνασι τῷ Ἥλι τὰς χεῖρας, εἶχετο σώζειν ἑαυτὸν δεόμενος. ὁ δὲ καλέσας τὴν Ἀθηναῖν ἐκέλευσε πρῶτον διακρίνειν αὐτὸν ὅποσα ἐκόμισεν ὅπλα. ἐπεὶ δὲ ἑώρα τὴν τε ἀσπίδα, καὶ τὸ ξίφος μετὰ τῷ δόρατι, ἄλλα πῶ σοι, εἶφη, ὦ παῖ, τὸ Γοργόνειον, καὶ τὸ κράνος· ὁ δὲ καὶ ταῦτα, εἶπε, μόγις ἐκλήσάμην· ἔδειξ γὰρ ἦν ὁ ξυμπουῶν ἐν τῇ τῶν συγγενῶν οἰκίᾳ παρερριμμένω. τί ἔν, εἶπεν ὁ μέγας Ἴουλιθωκάρι. 43. Ἥλιος, ὅτι σε πάντως χρεὴ ἐπανελθεῖν ἐκεῖ; ἐνταῦθα εἶδεν μὴ πέμπειν αὐτὸν ἐκεῖσε πάλιν, ἀλλὰ καλέχειν ὡς ἐκέθ' ὑσερον ἐπανήξοντα, ἀπολαύμενον δὲ ὑπὸ τῶν ἐκεῖ κακῶν. ὡς δὲ ἐλιπαρῶς δαικρύων· ἀλλὰ νέος εἶ, εἶφη, καὶ ἀμύητος. ἴθι ἔν παρ' ὑμᾶς, ὡς ἂν μνηθεὶς ἀσφαλῶς τε ἐκεῖ διάγοις χρεὴ γὰρ ἀπιέναι, καὶ καθαίρειν ἐκεῖνα πάντα καὶ ἀσεβήματα. παρακαλεῖν δὲ ἐμέ τε, καὶ τὴν Ἀθηναῖν, καὶ τὰς ἄλλας θεάς. Ἀκίστας ταῦτα

ταῦτα ὁ νεανίσκος, εἰσήκει σιωπῇ·
 καὶ ὁ μέγας ἥλιος ἐπὶ τινα σκοπιῶν
 ἀγαγὼν αὐτόν· ἦς τὸ μὲν ἄνω Φαῖος
 ἦν πλήρης, τὸ δὲ ὑποκάτω μυρίας
 ἀχλύς· δι' ἧς, ὡσπερ δι' ὕδατος, ἀ-
 μυδροῦν τὸ Φῶς διῴκνει τῆς ἐκ τῆς βα-
 σιλέως ἀγῆς ἡλίου· ὁρᾶς, εἶπε, τὸ ἀ-
 νεψιὸν τὸ κληρονόμον; καὶ ὅς, ὁρῶν, εἶπε·
 τί δὲ τῆς βελόλης τριῶσι, καὶ τῆς
 ποιμένας; καὶ τῆς ὁρᾶς εἶπεν ὁ νεα-
 νίσκος· ποῖα πόδες ἐν τῆς σοὶ ὁ κληρο-
 νόμος φαίνεται; ποῖα ποὶ δ' αὐτοὶ ποι-
 μένες τε καὶ βελόλοι; καὶ ὁ νεανίσκος,
 ὁ μὲν μοι, εἶπε, δοκεῖ νυσάζειν τὰ πολ-
 λά, καὶ καταδύμεν λεληθότως ἡ-
 δυπαθεῖν· τὸ ποιμένων δὲ, ὀλίγον μὲν
 ἐστὶ τὸ ἀσεῖον· τὸ πλεῖστον δὲ, μοχθη-
 ρόν, καὶ θηριώδες· ἐὰν γὰρ καὶ πιπρά-
 σῃ τὰ πρόβατα, καὶ ἀδικεῖ διπλῆ τὴν
 δεσπότην· τὰ τε γὰρ ποιμνία αὐτῶν
 φθείρει, καὶ ἐκ πολλῶν μικρὰ ἀποφέ-
 ρων, ἀμῖος εἶναι φησι, καὶ ὀδύρεται.
 καὶ τοὶ κρεῖττον ἦν τῆς μισθὸς ἀπαλεῖν
 ἐντελεῖς, ἢ φθείρειν τὴν ποιμνίην· ἀνὴρ
 εἶπε, σὲ ἐγὼ μὲν ταυτῆσι τῆς Ἀθηναῶν,
 ἐπιτάτορος τῆς Διός, ἀνὴρ κληρονόμος
 τέττι, πάντων ἐπίτροπον τέττων κατα-
 σῆσω· Πάλιν ἐνλαῦθα ὁ νεανίσκος ἀν-
 τεῖχερ, καὶ πολλὰ κίς ἐπέτευσεν αὐτῶν
 μένειν· ὁ δὲ μὴ λίαν ἀπειθὴς ἔσο, φη-
 σί, μὴ πόλε σὲ ἀπεχθήρω, ὡς νῦν ἐκ-
 παγλ' ἐφίλησα· καὶ ὁ νεανίσκος ἀλλί-
 ᾧ μέγιστε, εἶπε, Ἥλιε, καὶ Ἀθηναῶν, σέ τε
 καὶ αὐτὸν ἐπιμαρτύρομαι τῆς Διός, χρῆσθε
 μοι πρὸς ὅ, τι βέλεσθε· Πάλιν δὲ ὁ Ἑρ-
 μῆς ἀφνω φανείς, ἐποίησε τὸ νεανί-
 σκον θαρραλεώτερον· ἤδη γὰρ διανοεῖται
 τὴν τε ὀπίσω πορείαν, καὶ τὴν ἐκείσε δια-
 τριβὴν εὐρηκέναι τὴν ἡγεμόνα· καὶ ἡ Ἀθηναῶν
 μάνθανε, εἶπε, ὡ λῶσε πατρὸς ἀγαθῶν
 τέττι τῆς θεῶν, καὶ ἐμὸν βλάστημα· τέττον,
 εἶπε, τὸ κληρονόμον οἱ βέλτιστοι μὲν ἐκ
 εὐφραῶσι τὸ ποιμένων· οἱ κόλακες
 δ', καὶ οἱ μοχθηροὶ δόλον καὶ ὑποχείρι-
 ον πεποιήνται· συμβαίνει δὲ αὐτῶν πα-

A Ins tacitus stabat. Quem magnus Sol ad
 altissimam speculam deducens, (cujus ver-
 tex lucis plenus, ima densissimis tenebris
 obsita erant, per quas, velut per aquam,
 obscurum quoddam lumen ab regis Solis
 splendore prodiens interlucet) his eum
 verbis affatur: Vides heredem illum patru-
 elem tuum? Video, inquit. Quid bubul-
 cos istos & pastores? Etiam istos video,
 ait adolescens. Qualisnam ergo ille tibi vi-
 detur? quales item pastores & bubulci?
 B Ad hæc juvenis: Dormitare iste quidem vi-
 detur, & in latebris clam indulgere genio;
 pastorum vero pauci commodis moribus
 præditi, plerique improbi & inhumani vi-
 dentur. Nam pecora devorant ac distra-
 hunt, & domino suo duplicem injuri-
 am inferunt. Quippe & greges disper-
 dunt, & e multis pauca capientes, merce-
 de carere se dicunt & queruntur. Atqui
 præstabat integram exigere mercedem,
 quam gregem ipsum populari. Quid igitur
 si te, inquit, ego cum hac Minerva, ju-
 bente Jove, pro hærede isto omnibus præ-
 faciam? Hic vero reclamare juvenis, & ut il-
 lic manere sibi liceret, etiam atque etiam
 rogare. Tum ille: Desine, inquit, per-
 vicacius insistere: ne te oderim aliquando,
 sicut nunc vehementius dilexi. Ad hæc a-
 dolescens: At ô magne Sol, inquit, tuque
 Minerva, teque adeo testor ipsum, ô Jup-
 piter, me me ad quodcumque vultis para-
 tum habetote. Post hæc Mercurius iterum
 repente conspectus adolescenti animos ad-
 jecit. Jam enim cogitabat se reditus sui
 ac vitæ illic agendæ ducem invenisse. Tum
 Minerva: Disce, inquit, heus tu! boni pa-
 rentis hujus, quem vides, Dei, meaque
 soboles. Huic, quem cernis, hæredi opti-
 mi pastores non placent; adulatores autem
 & improbi servum atque obnoxium sibi
 reddiderunt. Quare hoc illi accidit, ut ne-
 que

que ab honestis ac probis ametur; & ab A
iis, qui amici videntur, maximis afficiatur
injuriis. Vide igitur, ut, cum redieris, amico
ne adulatorem præferas. Alterum a me
præceptum, ô adolescens, accipe: Dormi-
tans iste sæpenumero decipitur. Tu vero
sobrius sis, ac vigiles, ne amici præ se fe-
rens audaciam tibi adulator obrepat: ut si
faber quidam ærarius, fumo atque fuligine
obsitus, albatu & ceruffata facie prodeat,
eique tu filiarum tuarum aliquam matri-
monio jungas. Tertium illud monitum ha-
beto, teque ipsum majorem in modum
conserva. Nos autem solos reverere; tum
inter viros quicumque nostri similis erit;
alium præterea neminem. Vides ut huic
fatio pudor ac nimia quædam stupiditas
nocuerit. Sub hæc magnus Sol sermonem
excipiens: Quos, inquit, amicos semel de-
legeris, iis tanquam amicis utere, nec eos
famulorum ac servorum habeas loco, ad-
versus eosdem ingenue ac sincerissime, uti
generosum animum decet, fac te geras; ut
non de iis alia dicas, alia intus & in pecto-
re sentias. Videsne quemadmodum hæ-
redem istum res hæc una perdiderit, in a-
micos diffidentia? Ama subjectos tibi, ut a
nobis amaris ipse. Quæ ad cultum no-
strum pertinent, ea bonis omnibus ante-
pone: nos enim benefici, & amici tui,
ac servatores sumus. His auditis hilaratus
adolescens non obscure demonstrabat, Diis
se in omnibus obtemperare velle. Age
vero, Sol dixit, bona cum spe digredere.
Nam nos ubique tibi comites aderimus,
ego, & Minerva, cum hoc Mercurio; ac
nobiscum Dii omnes in Olympo degentes
præsto aderunt; nec non qui in aëre, vel in
terra resident, & quicquid usquam est numi-
num: ut & pietatem erga nos, & adversus
amicos fidem teneas, & erga tibi subjectos

εἰ μὲν τ' ἐπεικῶν μὴ φιλείσθαι· πα-
ρα ἢ τ' νομιζομένων φίλων εἰς τὰ μέ-
γιστα ἀδικεῖσθαι. σκόπει ἔν ὅπως ἐπα-
νελθὼν μὴ πρὸς τῷ φίλῳ θήσεις τ'
κόλακα. Δευτέραν ἀκρόμα παραίνε-
σι, ὡ παῖ. νυσάζων ἔτ' ἐξαπαλᾶ-
ται τὰ πολλά. σὺ ἢ νῆφε, καὶ γρηγό-
ρη· μὴ σε διὰ τῆς τῷ φίλῳ παρρησίας
ὁ κόλαξ ἐξαπαλήσας λάθῃ· χαλκεὺς
οἶά τις γέμων καπνῶ καὶ μαερίλης, ἔ-
χων ἱμάτιον λευκόν, καὶ τὰ πρόσω-
πα τῷ ψιμμουδίῳ κεχειρισμένῳ· εἴ-
τα αὐτῷ δοίης γῆμαί τινα τῶν σῶν θυ-
γατέρων. Τρίτης ἐπάκρόμα παραί-
νεσεως, ἢ μάλα ἰσχυρῶς φύλαττε
σαυλόν. αἰδῶ δὲ ἢ ἡμᾶς μόνον· ἀνδρῶν
δὲ ὅσις ἡμῖν προσόμοιός ἐστι. ἄλλον
δὲ μηδένα. ὁρᾶς ὅπως τῷ τῆτον τ' ἠλίθιον
ἔβλαψεν ἀσχύλῃ, ἢ τὸ λίαν ἄγαν
εἶναι καταπλήγα; Καὶ ὁ μέγας Ἡ-
λιῶ αὐτῷ τ' λόγον διαδεξάμενῳ,
εἶπεν· ἐλόμενῳ φίλης, ὡς φίλοις
C χρω· μηδὲ αὐτῶς οἰκέτας, μηδὲ θερά-
ποντας νόμιζε. πρόσσιθι δὲ αὐτοῖς, ἐ-
λευθέρως τε καὶ ἀπλῆστα, ἢ γενναί-
ως· μὴ λέγων μὲν ἄλλα, φρονῶν δὲ ἔ-
τερα περὶ αὐτῶν· ὁρᾶς ὅτι ἢ τῷ τῆτον τ'
κληρονόμον τῷ ἐπέτειψεν, ἢ πρὸς
τῶς φίλης ἀπιστία; Φίλη τῶς ἀρχομέ-
νης, ὡς περ ἡμεῖς σε. τὰ πρὸς ἡμᾶς,
ἠγείσθω σοι τῶν καλῶν ἀπάντων. ἐ-
σμὲν γάρ σε καὶ εὐεργέται, ἢ φίλοι,
D καὶ σωτήρες. Ἀκρόμα ταῦτα ὁ νεα-
νίσκῳ " διεχύθη, καὶ δῆλῳ ἦν ἄ-
παντα ἤδη τοῖς θεοῖς πειθόμενος. Ἀλλ'
ἴθι, ἔφη, πορεύε μετὰ ἀγαθῆς ἐλπί-
δῳ. ἡμεῖς γάρ σοι πανταχῶς σωε-
σόμεθα, ἐγώ τε, ἢ Ἀθηναῖ, καὶ Ἐρ-
μῆς ὁδε, ἢ σὺν ἡμῖν οἱ θεοὶ πάντες οἱ
ἐν Ὀλύμπῳ, καὶ οἱ περὶ τ' αἴερα, καὶ
τὴν γῆν, καὶ πᾶν πανταχῶς τὸ θεῖον γέ-
νῳ· ὡς τὰ τε πρὸς ἡμᾶς ὅσιῳ ἦς, ἢ
τὰ πρὸς τῶς φίλης πιστός, καὶ τὰ
πρὸς τῶς ὑπηκόας Φιλάνθρωπῳ, ἀε-
χων

χων αὐτῶν, καὶ ἡγέμεν ἐπὶ τὰ
 βέλτεσα. ἀλλὰ μήτε μὲν ἑαυτῶν μήτε
 ἐκείνων τῆς ἐπιθυμίας δαλεύων, ὑ-
 πεικάθης. Ἐχων ἔν πανοπλίαν, ἣν
 ἐκόμισας πρὸς ἡμᾶς, ἀπιθὶ προσλα-
 βῶν ταύτην μὲν τὴν δαῖδα παρ' ἐμῶν·
 ἵνα σοὶ καὶ ἐν τῇ γῆ Φῶς λάμπη μέ-
 γα, καὶ μή φεν ἐπιποθῆς τὴν τῆδε ταύ-
 τῆς δὲ Ἀθηναῶν τῆς καλῆς τότε Γορ-
 γόνειον, καὶ τὸ κράνος. πολλὰ γὰρ, ὁ-
 ρᾶς, ἐστὶν αὐτῇ· καὶ δίδωσιν οἷς ἀν' ἐθέ-
 λῃ. δῶσέ δέ σοι καὶ Ἑρμῆς χρυσῆν Β
 ῥάβδον. ἔρχε ἔν τῇ πανοπλίᾳ κοσμη-
 θεὶς ταύτῃ, διὰ πάσης μὲν γῆς, διὰ
 πάσης δὲ θαλάττης, ἀμετακινήτως
 τοῖς ἡμετέροις πειθόμενῳ νόμοις. καὶ
 μηδεὶς σε μήτε ἀνδρῶν, μήτε γυναι-
 κῶν, μήτε τ' οἰκείων, μήτε τ' ξένων, ἀ-
 ναπεισῆ ἐν πολῶν ἐκλαθέσθαι τῶν ἡμε-
 τέρων. ἐμμένων γὰρ αὐταῖς, ἡμῖν μὲν ἔση
 Φίλῳ, καὶ τίμιος, ἀδοῖ δὲ τοῖς ἀ-
 γαθοῖς ἡμῶν ὑπηρέτας, φοβερός δὲ
 ἀνθρώποις πονηροῖς καὶ κακοδαίμοσι.
 Ἴσθι δὲ σεαυτῷ τὰ σαρκία δεδῶσθαι C
 λειψυγίας ἕνεκα ταυτησί. βεβλόμε-
 θα γὰρ σοὶ τὴν προγονικὴν οἰκίαν ἀ-
 δοῖ τ' προγόνων ἀποκαθῆραι. μέμνη-
 σο ἔν ὅτι τὴν ψυχὴν ἀθάνατον ἔχεις,
 καὶ ἐκγονον ἡμετέραν· ἐπόμενός τε ἡ-
 μῖν, ὅτι θεὸς ἔση, καὶ τ' ἡμέτερον ὄψῃ
 σὺν ἡμῖν πατέρα.

Τῆρ' εἴτε μῦθῳ, εἴτε ἀληθῆς
 λόγῳ, οὐκ οἶδα. τὸ παρὰ σὲ δὲ πε-
 ποιημένον, τίνα βέλῃ τ' Πᾶνα· τίνα δὲ
 εἶναι τ' Δία, εἰ μὴ τῆτον, ὡς ἐσμὲν ἐ-
 γὼ καὶ σύ. σύ μὲν, ὁ Ζεὺς· ἐγὼ δὲ, ὁ D
 Πάν; ὡ τῆ γελοῖα ψευδόπανῳ γε-
 λοιότῃ μὲν τοι, νῆ τ' Ἀσκληπιόν, τῆ
 πάντα μᾶλλον ἢ Διός, ἀνθρώπων. Ταῦ-
 τα ἔκ ἐστὶν ἀτεχνῶς ἐκ τῆ μαυνομένης
 φόματῳ, ἔτι τὴν ἐνθεον, ἀλλὰ τὴν
 ἐκπληκτικὴν μανίαν; ἔκ οἶδα ὅτι καὶ ὁ
 Σαλμωνεύς ἔδωκεν ὑπὲρ τέτων τοῖς
 θεοῖς δίκην, ὅτι ἀνθρώπῳ ὦν ἔπε

humanitatem; quibus sic imperes, ut ad
 optima quæque præeas, ac neque tuis nec
 illorum cupiditatibus servilem in modum
 obtemperes. Abi itaque cum armatura
 illa, quam ad nos attulisti; simul & hanc a
 me facem accipe, quæ ingentem tibi in terra
 lucem præbeat, nihil ut eorum, quæ hic
 sunt, desideres. Capiet & ab hac bona Pal-
 lade Gorgonem cum galea. Nam plu-
 res penes se habet, ut vides: & quibus
 voluerit illa, largitur. Ad hæc auream tibi
 virgam Mercurius dabit. Vade igitur ar-
 matura ista fretus, ac terras omnes & ma-
 ria percurre, legibus nostris constanter obse-
 quens. Neque vir ullus, aut mulier, ne-
 que tuorum externorumve quispiam præ-
 ceptorum tibi nostrorum oblivisci persua-
 deat. Etenim quamdiu iis insistes, cum
 nobis amicus & carus eris semper, tum &
 bonis nostris servus venerabilis, & impro-
 bis hominibus miserisque formidolosus.
 Atque hujus ipsius functionis obeundæ
 gratia, carunculam tibi istam scito esse
 concessam. Volumus enim tibi pro-
 pter majorum tuorum honorem ac reve-
 rentiam, eorum genus ab omni labe re-
 purgare. Memineris ergo immortalem
 tibi animam esse, & a nobis oriundam, ac
 si nos sequeris, Deum te, fore & una no-
 biscum nostri te patris aspectu fruiturum.

Hæc fabula sit, an vera narratio, equi-
 dem ignoro. Illud vero, quod in tuo com-
 mento posuisti; quem tu demum Pana vis
 esse, quem porro Jovem, nisi eum ipsum,
 cujusmodi ego & tu sumus; tu Juppiter,
 ego Pan? O ridicule confictum Pana! sed
 ridiculum magis (ita mihi propitius sit Æ-
 sculapius) homuncionem, quidvis potius
 quam Jovem! Hæc non perspicue furentis,
 nec divino illo quidem, sed fanatico furore
 perciti ex ore profecta videntur? Num te
 præterit Salmoneum a Diis propterea pu-
 nitum esse, quod cum homo esset, Juppiter
 esse

esse conabatur? Nam Hesiodium illud de A
 iis, qui Deorum usurpavere nomina, Jo-
 vis ac Junonis, nisi haecenus audieris, faci-
 le tibi a me venia dabitur. Non enim com-
 mode es institutus a puero; neque talem
 praeceptorem nactus es, qualem ego Phi-
 losophum illum habui; qui mihi Poetas e-
 narravit; a quo ad Philosophiae vestibulum
 me contuli, ut ab eo viro sacris initiarer,
 quem omnium aetate mea praestantissimum
 esse judicabam. At is inprimis hoc me B
 docuit; exercere virtutem, ac Deos bono-
 rum omnium autores arbitrari. In quo u-
 trum operae pretium ullum fecerit, viderit
 ille, praerque ipso reges superi. Furorem
 mihi quidem illum ac confidentiam detra-
 hens, temperatiorem, quam eram, facere
 studebat. Ego vero, quanquam, ut scis,
 externis istis bonis eram & ornamentis in-
 flatior, tamen cum praepceptori me meo ob-
 temperantem praebui, tum ejus amicis, nec
 non aequalibus meis & condiscipulis: ac
 quoscunque ab illo laudatos audiveram,
 horum esse auditor studebam: libros quo-
 que legebam eos, quos ille probarat. Sic a
 ducibus & autoribus initiatus, altero Phi-
 losopho, qui me liberalibus disciplinis im-
 buit; altero summo in eadem Philosophia
 viro, qui hujus disciplinae mihi vestibulum
 ostendit: parum id quidem propter exter-
 nas occupationes; sed aliquatenus tamen
 rectae institutionis particeps fui: neque com-
 pendiarium illam, quam dicis, sed per am-
 bagas flexam ac longiorem viam tenui.
 Quamquam ad virtutem brevius equidem,
 opinor, quam tu, iter ingressus sum. Nam
 hujus in vestibulo saltem (absit autem in-
 vidia dicto) constiti; tu ab eo longius di-
 stas. Tibi quippe, tuisve fratribus. Ut
 autem inauspicatis verbis abstineam, quod
 reliquum est ipse suppleto; sin ita mavis,
 istud ipsum a nobis aequo animo dictum ac-
 cipito. Quid est, inquam, vobis cum vir-

χειρ Ζεύς εἶναι; τὸ δὲ ἐκ τῶν Ἡσιό-
 δου λεγόμενον ὑπὲρ τῶν ὀνομασάντων
 εἰς τοὺς τοῖς τῶν θεῶν ὀνόμασι, Ἡρας
 τε, καὶ Διὸς· εἰ μὴ πῶ καὶ νῦν ἀκηκο-
 ῖς, ἔχω σοι συγγνώμην. εἰ δὲ ἔπαμ-
 δορεῖσθης καλῶς· εἰ δὲ ἔτυχες καθη-
 γεμόνῳ, ὁποῖος περὶ τῆς ποιήσεως ἐγώ,
 τῆσι τῶν φιλοσόφῳ· μεθ' ὃν ἐπὶ τὰ
 πρόθυρα τῆς φιλοσοφίας ἦλθον ὑπὸ
 ἀνδρὶ τελεθρομένῳ, ὃν ἐνόμισα τῶν
 καὶ ἑμαυτὸν πάντων διαφέρειν. ὁ δὲ με
 πρὸ πάντων ἀρετὴν ἀσκεῖν, καὶ θεὸς
 ἀπάντων τῶν καλῶν νομίζειν ἡγεμόνα
 ἐδίδασκεν. Ἐἰ μὲν ἔν τῃ πρῶτῃ πε-
 πόνηκεν, αὐτὸς ἂν εἶδειν, καὶ πρὸ τῆς
 γε οἱ βασιλεῖς θεοί. τῆσι δὲ ἐξήρξεν τὸ
 μανιῶδες καὶ θρασύ· καὶ ἐπειράτό με
 ποιεῖν ἑμαυτὸν σωφρονέστερον. Ἐγὼ δ',
 καίπερ, ὡς οἶδα, τοῖς ἐξώθεν πλεονε-
 κλήμασιν ἐπιερωμένος, ὑπέταξα ὁμῶς
 ἑμαυτὸν τῷ καθηγεμόνι, καὶ τοῖς ἐκείνου
 φίλοις, καὶ ἡλικιώταις, καὶ συμφοιτη-
 ταῖς, καὶ ὧν ἦκον ἐπαυγεμένων παρ' αὐ-
 τῶν, τῶν ἐσπευδόν ἀκροατῆς εἶναι. καὶ
 βιβλία τὰῦτα ἀνεγίνωσκον, ὅποσα
 αὐτὸς δοκιμάσειεν. Οὕτως ἡμεῖς ὑφ'
 ἡγεμόσι τελέμενοι, φιλοσόφῳ μὲν
 πρὸ τῆς προπαιδείας μετέλαβον·
 φιλοσοφῶν δὲ πρὸ τῶν προθύρων
 τῆς φιλοσοφίας δείξαντι, σμικροῖ μὲν
 διὰ τὰς ἐξώθεν ἡμῖν προσπεσῆσας
 ἀσχολίας ὁμῶς δ' ἐν ἀπηλαύσα-
 μεν τῆς ὀρθῆς ἀγωγῆς· εἰ τὴν σὺντο-
 μον, ἢν σὺ φῆς· ἀλλὰ τὴν κύκλῳ πο-
 ρευθέντες. Καὶ τοι νῦν τῆς θεῆς ἐπὶ
 τὴν ἀρετὴν οἶμαι, ὅτι σε σωλομαίεραν
 ἐτραπόμην. ἐγὼ μὲν ἔπειτα, εἰ μὴ
 φοβηθὼν εἰπεῖν, ἐπὶ τοῖς προθύροις ἐ-
 σηκα. σὺ δὲ καὶ τῶν προθύρων εἰ πόρ-
 ρῳ. σοὶ δὲ ἀρετῆς ἢ τοῖς σοῖς ἀδελφοῖς.
 ἀφελῶν δὲ τὸ δύσφημον, τὸ λειπό-
 μενον αὐτὸς ἀναπλήρωσον· εἰ βέλ-
 δὲ, καὶ παρ' ἡμῶν αὐτὸ ἀνάσχει πρῶ-
 τως λεγόμενον· τίς μετῴσια; Πᾶσιν

ἐπιτιμᾶς, αὐτὸς ἔδεν ἄξιον ἐπαίνου
 πρῶτων. ἐπαμνεῖς Φορβικῶς, ὡς ἔδειξ
 τῶν ἀμαθῆσάτων ῥητόρων. οἷς διὰ τὴν
 τῶν λόγων ἀπορίαν, καὶ τὸ μὴ ἔχειν
 εὐρεῖν ἐκ τῶν παρόντων, ὅτι Φῶσιν, ἢ
 Δῆλ[Ⓞ] ἐπέρχεται, καὶ ἢ Λητώ με-
 τὰ τῶν παίδων· εἶτα κύκνοι λιγυρὸν
 ἄδοντες· καὶ ἐπηχῆντα αὐτοῖς τὰ
 δένδρα, λειμῶνές τε ἔνδροσοι μαλα-
 κῆς πόας, καὶ βαθείας πλήρεις· ἢ τε
 ἐκ τῆ ἀνθέων ὀσμῆ· καὶ τὸ ἔαρ αὐτό,
 καὶ τινες εἰκόνες τοιαῦται. Πῶ τῆσϛ
 Ἰσοκράτης ἐν τοῖς ἐγκωμιαστικοῖς ἐ-
 ποίησε λόγοις; πῶ δὲ τῶν παλαι-
 ῶν ἀνδρῶν, οἱ τῆς Μῆσας ἐτελεύτη-
 σεν ἡσίου. ἀλλ' ἔχ ὡσπερ οἱ νῦν; ἀ-
 Φίμη δὲ τὰ ἐξῆς· ἵνα μὴ καὶ πρὸς
 τῆσϛ ἀπεχθανόμεν[Ⓞ] ἅμα τοῖς τε
 Φαυλολάτοις τῆ Κυνικῶν, καὶ τῶν ῥη-
 τῶν προσκρέσασιν. ὡς ἔμοιγε πρὸς
 τε τῆσϛ κρατίστας τῶν Κυνικῶν· εἴ τις
 ἄρα ἐσὶ νῦν τοιῶτ[Ⓞ]· καὶ πρὸς τῆσϛ
 γενναίους ῥήτορας, ἔστι Φιλικά
 πάντα. Τῶν μὲν δὴ τοιῶτων λόγων,
 εἰ καὶ πολὺ πλῆθ[Ⓞ] ἐπιρρεῖ· καὶ ἐκ
 ἔστι ὅσον ἔχὶ λέγειν ἐθέλων τίς ἐκ
 πάνυ θαψιλῆς ἀντλήσειε τῆ πίθ[Ⓞ]-
 τῆσϛ προκειμένης ἡμῖν ἀσχολίας εἰνε-
 κεν ἀφέξομαι. μικρὰ δὲ ἐτι τῶ λό-
 γῳ προσθεῖς, ὡσπερ ὀφλήματι τὸ
 ἐνδέον, ἐπ' ἄλλό τι τρέψομαι, ταυ-
 τὴν τὴν ξυγγραφὴν αὐτῆσϛ περὶ πλη-
 ρώσας.

Τίς ἔν ἢ τῶν Πυθαγορικῶν εὐλά-
 βεια περὶ τὰ τῶν θεῶν ὀνόματα; τίς
 δὲ ἢ Πλάτων[Ⓞ], ποδαπὸς δὲ ἦν ἐν
 τῆσϛ Ἀριστοτέλης; ἀρ' ἐκ ἄξιον αὐ-
 τὸ ἰδεῖν; ἢ τῆ μὲν Σάμιον ἔδειξ ἀντε-
 ρεῖ τοιῶτον γενέσθαι; καὶ γὰρ ἔ τὸ
 ὄνομα θεῶν ἐν τῆ σφραγίδι Φορεῖν
 ἐπέτρεπεν· ἔδὲ τῶ ὄρκῳ χρῆσθαι
 προπέλῳ τοῖς τῆ θεῶν ὀνόμασι. Εἰ
 δὲ νῦν λέγοιμι, ὅτι καὶ εἰς Ἀἴγυπτου

tute commune? Primum reprehendis o-
 mnes, nihil ipse laude dignum gerens. Tum
 in collaudando tantum ineptus es, quan-
 tum ex imperitissimis Oratoribus nemo:
 qui cum nihil habeant quod dicant, neque
 in eo, quod sibi proposuerunt, argumen-
 tum rei ullius investigare possint; ad De-
 lum, ac Latonam cum liberis suis receptum
 habent: tum olores suave quiddam canen-
 tes, & ad eorum concentus resonantes ar-
 bores, aut prata roscida ac molli altoque
 gramine vestita, aut afflantem ex floribus
 odorem, aut ver ipsum, & id genus alia de-
 pingunt. Ubinam simile aliquid in lauda-
 toris orationibus Isocrates expresit? ubi ve-
 teres alii, qui germane ac sincere, neque,
 ut hodierni faciunt, Musis initiari solebant?
 Omitto cetera: ne si a me istos alienave-
 ro, eodem tempore cum abjectissimis Cy-
 nicis pariter & Oratoribus similitatem sus-
 cipiam. Nam quod ad praestantissimos
 Cynicos; si quis hodie superest ejusmodi; &
 ad Oratores egregios spectat, mihi cum u-
 trisque parata sunt omnia. Verum ab hu-
 jus generis instituendis sermonibus; etsi u-
 berrima quaedam copia illorum affluit, ne-
 que fieri potest, ut, qui oratione cuncta
 persequi voluerit, non ex pleno & abun-
 danti dolio, ut ita dixerim, hauriat; tamen
 ad ea, quae sunt mihi prae manibus antever-
 tenda, missa illa faciam, atque ubi pauca
 quaedam, velut ex debito residua, ad incho-
 atum sermonem adjecero, alio me conver-
 tam, ut haec tandem eo fine terminetur o-
 ratio.

Quanam igitur circa Deorum nomina
 Pythagoraeorum religio fuit? quae Platonis?
 aut cujusmodi se in istis Aristoteles prae-
 buit? Nonne hoc merito nobis intuendum est?
 An de Samio quidem illo, quin talis fuerit,
 nemo controversiam facere potest? Nam
 Deorum ille nomina ne in annulo quidem
 ferre permittebat, neque in jurejurando te-
 mere eadem usurpare. Quod si hunc ip-
 sum

psum dixerō in Ægyptum usque perve-
nisse, ac Persas lustrasse, & ubique omnia
Deorum inspicere mysteria studuisse, ac va-
riis ubique ritibus ac ceremoniis initiatum
esse; dicam ignota fortasse tibi, sed pleris-
que manifesta tamen & cognita. Verum
Platonem interim audi: *Meus vero erga
Deorum nomina timor, ô Protarche, non
humani similis est, sed vebementissimum
quemque superat. Et nunc Venerem qui-
dem ita, ut illi gratum est, appello: voluptas
vero quam varia sit intelligo.* Hæc in Phi-
lebo dicuntur. Quibus non dissimilia qua-
dam in Timæo scripsit. Nam iis etiam
simpliciter ac sine demonstratione prolatis
haberi fidem postulat, quæcunque de Diis
Pœtæ dixerunt. Hæc ideo a me proposita
sunt, ne tibi, uti Platonicis multis, Plato-
nicæ illius damnandæ opinionis ansam So-
crates præbeat, homo natura factus ad
cavillandum. Nam illic non Socrates ista,
sed Timæus loquitur, minime ille quidem
irrisor. Quamquam nec istud sani hominis
videtur; non ea quæ dicuntur, sed autores
dictorum inspicere, & ad quos sermones
habeantur. Vis ergo deinceps sapientissi-
mam illam Sirenem, ac docti Mercurii ty-
pum, & Apollini ac Musis amicam, pro-
ducam in medium? Hic eos omnes, qui
interrogare, aut utcunque disputare stu-
dent utrum Dii sint, non responso, ut ho-
mines, sed ut bestias pœna prosequendos
existimat. Quod si legisse bene pondera-
tum ejus monitum, quod sicut Platonis, ita
& illius scholæ pro foribus erat inscriptum;
id ante omnia cognovisses Peripateticis fuis-
se denunciatum, ut & pii adversus Deos es-
sent, initiarentur mysteriis omnibus, & san-
ctissimas ceremonias capesserent, & per o-
mnia disciplinarum genera transirent.

A ἐπορεύθη καὶ Πέρσας εἶδε καὶ παν-
ταχῶς πάντα ἐπειράθη τὰ μυστήρια
τῶν θεῶν ἐποπλεῦσαι, καὶ τελεθῆ-
ναι παντοίας πανταχῶς τελείας· ἐρῶ
μὲν ἴσως ἄγνωσά σοι· γνώριμα μὲν
τοὶ καὶ σαφῆ τοῖς πολλοῖς. Ἄλλὰ τῷ
Πλάτωνι ἄκχε· τό δ' ἐμὸν δέῃ, ὡ
Πρώταρχε, πρὸς τὰ τῶν θεῶν ὀνόμα-
τα ἔστι κατ' ἀνθρώπον, ἀλλὰ πέρα
τῶ μεγίστη φόβη· καὶ νῦν τὴν μὲν Ἀ-
Φροδίτην, ὅπη ἐκείνη Φίλον, ταύτη
προσαγορεύω· τὴν δὲ ἡδονὴν, οἶδα ὡς
ἔστι ποικίλον. ταῦτα ἐν Φιλήβῳ λέγε-
ται· καὶ τοιαῦτα ἕτερα πάλιν ἐν Τι-
μαίῳ. πισεύειν ᾗ ἀπλῶς ἀξιοῖ, καὶ
χωρὶς ἀποδείξεως λεγομένοις; ὅσα
ὑπὲρ τῶν θεῶν φασὶν οἱ ποιηταί· ταῦ-
τα δὲ παρέθηκα, μὴ πολέ σοι παρά-
σχη πρόφασιν, ὡς περ οἶμαι τῷ Πλα-
τωνικῶν πολλοῖς, ὁ Σωκράτης εἶρων ὢν
φύσει, τὴν Πλατωνικὴν ἀτιμάσαι δό-
ξαν. ἐκεῖ γὰρ ἔχ' ὁ Σωκράτης, ἀλλ'
ὁ Τιμαίῳ ταῦτα λέγει, ἦμισα ὢν εἶ-
ρων. Καίτοι τῶτό γέ ἐστι ἔχ' ὑγιᾶς,
μὴ τὰ λεγόμενα ἐξελάζειν, ἀλλὰ τῶς
λέγοντας, καὶ τὸ πρὸς τίνος οἱ λόγοι
γίγνουσι. Βέλῃ τὸ μετὰ τῶν τὴν
πάνσοφον ὑπαγορεύσω σειρήνα, τῷ
λογίῳ τύπον Ἐρμῆ τὸν Ἀπόλλωνι καὶ
ταῖς Μῆσαις Φίλον; ἐκεῖν ἄξιοι τῶς
ἐπερωτῶντας, καὶ ὅλως ἐπιχειρῶντας εἰ
θεοὶ εἰσι, ἔχ' ὡς ἀνθρώπων ἀποκρίσε-
ως τυγχάνειν· ἀλλ' ὡς τὰ θηρία κο-
λάσεως. εἰ δὲ ἀνεγνώκεις τῷ εὐσακτικῶν
ἀλλ' * * ὡς περ τῷ Πλάτωνι, ἔγω
δὲ καὶ τῷ ἐκείνῳ διατριβῆς πρὸς γέγρα-
πτο. ἔγνωσ' ἂν πρὸ πάντων ὅτι τὰ πρὸς
τῶς θεῶς εὐσεβεῖς εἶναι, καὶ μεμνη-
θῆναι πάντα τὰ μυστήρια, καὶ τελεθῆ-
ναι τὰς ἀγιωτάτας τελείας, καὶ διὰ
πάντων τῶν μαθημάτων ἤχθαι, τοῖς
εἶσω τῶ περιπάτῃ βαδίζουσι προήγο-
ρεύειν.

F. 2. ed. C. F. Hermann.

cap. 3.

Σὺ δὲ ὅπως ἡμῶν μὴ τὸ Διογένη προ-
 βαλῶν, ὡς περ τι μορμολύκειον, ἐκ-
 φοβήσης· ἔγὰρ ἐμυθήθη, Φησὶ, ἀλλὰ
 καὶ πρὸς τὸ τρεπόμενον ἐκμυθηθῆναι,
 γελοῖον, εἶπεν, ὦ νεανίσκε, εἰ τῶν μὲν
 τελῶνας οἷα ταύτης ἔνεκα τῆς τελε-
 τῆς κοινώσῃ τοῖς θεοῖς τὸ ἐν ἅδῃ κα-
 λῶν· Ἀγησίλαον δὲ, καὶ Ἐπαμι-
 νόνδαν ἐν τῷ βορβόρῳ κείσθαι. Τῶ-
 ς, ὦ νεανίσκε, βαθύ λῖαν, καὶ δεό-
 μενον ἐξηγήσεως, ὡς ἐμαυτὸν πείθω,
 μείζον· ὅπως ἡμῶν αὐτὰ δοῖεν αἱ
 θεαὶ τὴν ἐπίνοιαν. νομίζω δὲ αὐτὴν
 ἤδη καὶ δεδόσθαι. Φαίνεται γὰρ ὁ Διο-
 γένης ἔχει, ὡς περ ὑμεῖς ἀξίετε, δυσ-
 σεβῆς, ἀλλ' ἐκείνοις, ὧν μικρῶ πρό-
 σθεν ἐπεμνήσθην, προσόμοιοι· ἀπι-
 δὼν γὰρ εἰς τὴν περὶ τὴν καλαλα-
 βῆσαν αὐτὸν· εἶτα εἰς τὰς ἐντολάς
 βλέπων τῶ Πυθίᾳ, καὶ σιωπῶν ὅτι τὸ
 μυστέριον ἐχρῆν πολίτογραφεῖναι πρό-
 τερον, καὶ Ἀθηναῖον, εἰ καὶ μὴ φύσει,
 τῷ νόμῳ δὲ γενέσθαι τῶν ἐφυγεν, ἔ-
 τὸ μυηθῆναι· νομίζων αὐτὸν εἶναι τῶ
 κόσμῳ πολίτην· καὶ ταῖς ὅλαις τῶν
 θεῶν ἐσίας, αἱ τὸ ὅλον κοινῇ κόσμον
 ἐπιτροπεύσῃ, ἀλλ' ἔταῖς τὰ μέρη
 κατανειμαμένας αὐτῆς, διὰ μεγαλο-
 φροσύνην ἀξίων συμπολιτεύεσθαι·
 τό τε νόμιμον ἔπαρέβη αἰδοῖ τῶν
 θεῶν· καὶ τοὶ τὰλλα πατῶν, καὶ
 παραχαράτων· αὐτὸν τε ἐκ ἐπα-
 νήγαγεν, ὅθεν ἀσμενὸς ἠλευθέρωτο.
 Τὸ δ' ἦν τῶν τῶν πόλεως μιᾶς δε-
 λεῦσαι νόμοις· ἐαυτὸν τε ὑποθεῖναι
 τῶν, ὅπερ ἦν ἀνάγκη παθεῖν, Ἀ-
 θηναῖον γενομένον. Πῶς γὰρ ἐκ ἐμελ-
 λεν ὁ τῶν θεῶν εἵνεκεν εἰς Ὀλυμπίαν
 βαδίζων, ὁ τῷ Πυθίᾳ πεσοῦς, καὶ
 Φιλοσοφίας, ὡς περ Σωκράτης
 ὑπερον, ὡς Ἀριστοτέλης· Φησὶ γὰρ καὶ
 αὐτὸς εἶναι Πυθιον οἶκοι παρ' ἐαυτῶ·
 ὅθεν αὐτῶ καὶ ἡ ὀρμηὴ πρὸς Φιλοσοφίαν

f. παρ-
 τρεπόμε-
 νον

voff.
 τὴν πε-
 ρὶ τὴν
 τὴν

Neque vero tu Diogenem opponens,
 quasi tericulum quoddam, metum nobis in-
 jicere stude. Hic enim, ajunt, nunquam ini-
 tiatus est: quinetiam hortanti se, ut initia-
 retur: Ridicule facis, inquit, adolescens, si
 ita credis; publicanos mysteriis hisce fretos,
 bonorum, quæ apud inferos sunt, omnium
 esse participes; Agesilaum autem & Epa-
 minondam in cæno jacere. Verum istud
 ipsum, mi adolescens, valde profundam
 quaestionem continet, & diligentiore, ut
 mihi quidem persuadeo, explicationem de-
 siderat; ut illius intelligentiam Dearum
 ipsarum beneficio, consequi possimus: quam
 quidem mihi jam ab illis impetrasse videor.
 Etenim Diogenes ille non, ut opinio vestra
 fert, impius fuit; sed eorum, quos paulo
 ante memoravi, simillimus. Qui cum & il-
 lum, in quem inciderat, casum & calami-
 tatem respiceret; & Pythii Apollinis man-
 data consideraret; & eum præterea sciret,
 qui initiari vellet, adscribi in civitatem o-
 portere antea, & Atheniensem non natura,
 sed lege fieri; hoc unum ille, non ipsa my-
 steriorum initia devitabat, ratus se totius or-
 bis esse civem, & cum universis Deorum sub-
 stantiis, quæ administrando toti huic mun-
 do communiter præsent; non autem cum
 iis, quæ per illius partes distributæ sunt, eo-
 dem municipatu censeret cupiens; neque
 quod legitimum erat præ Deorum reveren-
 tia prætergressus est; quantumvis proculca-
 ret adulteraretque cætera; nec eo, unde li-
 benter evolaverat, revocare sese voluit.
 Quid illud porro fuit? nimirum civitatis u-
 nius servire legibus, seque ipsum ei obno-
 xium facere, quod, si Atheniensis fieret, ne-
 cessario perferendum erat. Nam qui Deo-
 rum causâ ad Olympiam adierat: qui A-
 pollini Pythio parens animum ad Phisoso-
 phiam adjunxerat; ut Socrates postea, ut
 Aristoteles; (nam & iste domesticum apud
 se Pythium habere se dicebat, a quo ad Phi-
 losophiam

losofia
 nonne in
 sus; nisi
 lis subie
 us adu
 consiliu
 ejusmodi
 majestate
 thagora a
 ens. No
 que fas el
 dam mihi
 spicua tam
 nim Dioge
 um admon
 sola initia
 gare simul ip
 dem, qui c
 tam institue
 sint, integra
 improbos ve
 qui, quod in
 netrarint. E
 Hierophanta
 mnes, quibu
 qui nefas est,
 tandem finis e
 persuadere tib

losofiam capeffendam incitatus fuerat) A nonne in adyta ipsa libentiffime effet ingref-
fus; nisi hoc unum vitaret, ne fe legibus ul-
lis subjiceret, neve fervituti reipublicæ ulli-
us addiceret? Cur non igitur hanc *ipfam*
confilii fui causam reddidit; sed e contrario
ejusmodi, quæ non parum de myfteriorum
majestate detraheret? Potest idem & Py-
thagoræ aliquis objicere, haud recte senti-
ens. Non enim dicenda sunt omnia; &
quæ fas est dicere, eorum in vulgus quæ-
dam mihi tacenda videntur. Verum per-
fpicua tamen est istorum ratio. Cum e-
nim Diogenes hominem eum, qui se tali-
um admoneret, neglecta vitæ honestate,
fola initiatione gloriantem cerneret; casti-
gare simul ipsum, & docere voluit: iis qui-
dem, qui dignam initiorum religione vi-
tam instituerint, etiamsi nondum initiati
sint, integra apud Deos manere præmia;
improbos vero nihil amplius ex eo conse-
qui, quod in interiora sacrorum adyta pe-
netrarint. Etenim nonne eadem ipsa ab
Hierophanta denunciari solent, cum eos om-
nes, quibus impura manus est, aut alio-
qui nefas est, initiis interdicit? Ecquis vero
tandem finis erit orationis, si nondum ista
persuadere tibi poterunt?

ἐγένετο· μὴ παριέναι τῶν ἀνακτόρων
εἶσω, καὶ μάλα ἀσμένως, εἰ μὴ τῶν
ἐξέκλιπε τὸ ὑποθεῖναι νόμοις ἑαυτὸν,
καὶ δῶλον ἀποφῆναι πολιτείας; Ἄλ-
λὰ διὰ τί μὴ ταύτην αὐτὴν εἶπε τὴν
αἰτίαν· ἐν τῶν ἐναντίων δὲ, τὴν πα-
ραφραζμένην ἔσμικρά τῆς τῶν μυση-
ρίων σεμνότητι; ἴσως μὲν ἂν τις τὰ
τοιαῦτα, καὶ Πυθαγόρα μάλιστα ἐπι-
σκήψαιεν, ἐκ ὀρθῶς λογιζόμενοι.
Οὔτε γὰρ ῥητέον πάντα ἐς ἀδύτων τε,
οἶμαι, τέτων, ὧν θεμὶς φάναί, ἕνια
πρὸς πολλὰς σιωπητέον εἶναι μοι
φαίνεσθαι. Φανερά δὲ ὅμως ἐστὶ καὶ τέ-
των ἡ αἰτία. Κατανοήσας γὰρ ἀ-
μελέντα μὲν τῆς περὶ τὸ βίον ὀρθό-
τητι, ἐπὶ δὲ τῷ μεμνηῶσαι μεγαλο-
φρονεῖν τὸ παραμνηῶσαι αὐτῷ τοιαῦ-
τα, σαφρονίζων ἅμα, καὶ διδάσκων
ἀδύτων, ὅτι τέτοις μὲν, οἷς ἀξίως τῶ
μυθῆναι βεβίωται, καὶ μὴ μυθεῖσιν
οἱ θεοὶ τὰς ἀμοιβὰς ἀκεραῶς φυ-
λάττῃσι· τοῖς δὲ μοχθηροῖς ἔδέν ἐ-
σι πλεόν, κὰν εἶσω τῶν ἱερῶν εἰσ-
φρήσωσι" περιβόλων. ἢ γὰρ ἔταυ-
τα καὶ ὁ ἱεροφάντης προαγορεύει, ὅστις
χεῖρσ μὴ καθαρὸς, καὶ ὄντινα μὴ
χερῆ, τέτοις ἀπαγορεύων μὴ μυθεῖσθαι.
Τί πέρας ἡμῖν ἔσαι τῶν λόγων, εἰ ταῦ-
τα μήπω σε πείθει;

